

DE 1553

TABELLA T⁰ÏXICOLOGICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QAUM CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN ALMA

UNIVERSITATE LITTERARIA TURICENSI

UT SUMMI

**IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE
OBSTETRICIA HONORES**

RITE SIBI CONCEDANTUR

CONSCRIPSIT

THOMAS ZAIACZKOWSKI

POLONUS LEOPOLIENSIS

IN THESES ADNEXAS DISPUTABITUR

DIE XXVIII MAII MDCCCXXXVI.

TURICI

TYPIS ORELLII FUESSLINI ET SOCIORUM

MDCCCXXXVI.

G 1700
Stadtarchiv

0

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER



VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

VERLAG VON F. O. SCHÖNBERGER

AVUNCULO ET FAUTORI

SUMME REVERENDO

FRANCISCO PILLER

HASCE LITTERARUM PRIMITIAS

PIA GRATAQUE MENTE

D. D. D.

AUCTOR.

OFFICE OF THE SECRETARY OF THE ARMY

WASHINGTON, D. C.

DEPARTMENT OF THE ARMY

OFFICE OF THE SECRETARY OF THE ARMY

WASHINGTON, D. C.

1917

1917

PRAEFATIO.

Inter copiosas, quas legendi occasionem habui Dissertationes, paucas tantum alicuius tenoris esse reperi; paret, quod plurimae, die qua disputatur propter Theses in manum sumptae, Destinationem earum assequantur. Causam huius in eo consistere puto, quod singulus ex sua aliquid exhibere mente conetur, immemor, Tironi aliquid ex fundamento praebere fere impossibile esse. Hisce motus in mea Dissertatione non ex meo quidem capite haustam, sed forsitan nonnullis non ingratam tabellaricam enumerationem principalium venenorum characteristicorum morbi symptomatum etc. etc. exhibui, quae proinde tanquam appendix ad omnem Toxicologiam servire poterit.

In divisione venenorum secutus sum Christison, sed ut faciliorem reddam usum huius tabellae etiam alphabeticam enumerationem servavi; et non nisi acutas hic intoxi-

cationes memoravi, nam alias integrum ordinem quem non libenter mutere volui, aliter sequere debuissim.

Sub fine libens abripio quae mihi hic fit occasionem, ut clarissimo Domino Professore de POMMER pro summa qua me ad conscribendam hanc Dissertationem iuivit benevolentia, gratissimum me ex intimo animo profitear.

I. VENENA IRRITANTIA.

A. Mineralia.

ACIDUM MURIATICUM.

Symptomata. Praeter symptomata vehementissimae gastritidis, dolor ardens in faucibus, qui pressione augetur, ructus, terribilis dolor in ventriculo labia rugosa, subalbida, os interne rugosum, albidum, evomitum fuscum aut nigrum, massas membranaceas continens, obstructio alvi, parca urina, pulsus admodum debilis, facies vitrea, extremitates frigidae, respiratio difficilis.

Ratio necandi. Per gangraenam oesophagi, ventriculi et intestinorum.

Signa in cadavere. Species cadaveris est sana, membrana oris et pharyngis indurata, oesophagus saepe cum flava membrana obductus, in abdomine exsudatum lymphaticum, membrana mucosa ventriculi et intestinorum nigra et mollefacta, saepe ventriculus perforatus, vesica urinaria vacua.

Antidota. Magnesia, solutio saponis.

ACIDUM NITRICUM.

ACIDUM SULPHURICUM.

AMMONIA.

Symptomata gastritidis si inglutitur, inflammationis in larynge, trachea, et bronchiis si per respirationem attrahitur.

Ratio necandi per gastritidem aut bronchitidem.

Signa in cadavere. Rubrae virgae in oesophago, vel signa praecessae inflammationis in larynge, trachea et bronchiis, membrana ventriculi ex fusco rubra, saepe crassior, et tenaci mucco obducta.

Reagens. Platina chlorinica (praecipitatum flavum).

ANTIMONIUM. (Tartarus stibiatus.)

Sympt. Vomitus, dolor ardens in scrobiculo cordis, diarrhaea cum colica saepe dolor constringens in faucibus.

Reagens. Acidum hydrothionicum (praecipitatum coloris aurantii).

Antidota. Decoctum Chinae vel pulv. Chinae.

ARGENTUM NITRICUM.

Sympt. Respiratio molesta, fere ad suffocationem et *sympt.* affectionis localis (corrosio ventriculi).

Ratio necandi. Per gangraenam.

Signa in cadavere. Membrana ventriculi mollefacta et in singulis locis gangraenosa.

Reagens. Acidum hydrochloricum (praecipitatum album).

Antidota. Natron muriaticum.

ARSENICUM.

Sympt. Var. I. *Sympt.* inflammationis in canali alimentario, nausea, dolor in scrobiculo cordis, vehemens vomitus et ructus, inextinguibilis sitis, dolor ardens et siccitas in faucibus, evomitum saepe cum sanguine mixtum, diarrhaea cum tenesmo, abdomen extesum et sensibile respiratio brevis, saepe etiam affectio organorum uropoëticorum, tardius tremor et spasmi, convulsiva affectio in cruribus et brachiis, pulsus parvus debilis et celer, extraemitates frigidae facies decomposita cum angoris et doloris expressione.

II. Var. Symptomata inflammationis non sunt vehementia, aut plane desunt, vicissim extrema lassitudo cum deliquiis, aliquo stupore, prosternatio et saepe convulsiones.

III. Var. Primum stadium sicut in prima varietate, secundum stadium paralysis brachiorum et crurium, paroxysmi epilepsiae, tetani, et coma.

Ratio necandi. Per inflammationem aut affectionem nervorum.

Signa in cadavere in *Var. II* plane nulla in *I* et *III* rubedo pharyngis et oesophagi, rubedo mucosae ventriculi et intestinorum, mollificatio huiusce et ulceratio, interdum crassitudo membranae et gangraena, huc quoque pertinet (iuxta Welper) haec adavera difficulter in putredinem transire.

Reagentia. Cuprum ammoniato sulphuricum (praecipitatum viride) acidum hydrothionicum (praecipitatum coloris aurantii.)

Antidota. Magnesia (iuxta Hume) carbo (iuxta Bertrand).

BISMUTHUM (Magisterium).

Sympt. Nausea, ructus, vomituritio, vomitus, anxietas, pulsus parvus, vertigo extraema infirmitas (iuxta Orfilam) respiratio difficilis.

Ratio necandi per affectionem nervorum, aut inflammationem ventriculi.

Reagens. Ac hydrothionicum (praecipitatum nigrum).

CALX.

Sympt. Sitis dolor ardens in ore et abdomine, obstructio alvi, vomitus.

Signa in cadavere inflammatio ventriculi et intestinorum.

Reagens. Ac. oxalicum (praecipitatum album).

CUPRUM.

Sympt. (iuxta Orfilam). Vehemens cephalaea, vomitus, acuti dolores intestinorum, spasmi et dolores in cruribus, gustus cupri in ore et singularis aversio erga odorem cupri, interdum accedit icterus, convulsiones paralysis et torpor.

Ratio necandi. Per affectionem cerebri vel gangraenam ventriculi et intestinorum.

Reagens. Kali hydrothionicum (praecipitatum fuscum).

Antidot. Albumen (iuxta Orfilam).

HEPAR SULPHURIS.

Sympt. Ardens gustus, vomitus lassitudo convulsiones, aër in camera fert odorem acidi hydrothionici.

Signa in cadav. Nimius livor faciei et extremitatum, ventriculus interne ruber, obductus crusta sulphurea, pulmones molles.

Antidot. Kali v. Natron chlorinicum.

KALI NITRICUM.

Sympt. vehementissimae cholerae, convulsiones, spasmi oris, pulsus arteriae radialis deest, nimia inclinatio ad deliquia.

Signa in cadavere: signa inflammationis ventriculi et intestinorum.

MERCURIUS (CORROSIVUS).

Sympt. V. I eadem ut in V. I intoxicationis arsenicalis, sed ardens dolor in faucibus multo vehementior, facies rubra et tumida. V. II incipit ab iisdem symptomatibus, sensim tamen sympt. ita dicti erethismi mercurialis substituunt uti salivatio etc. etc.

Ratio necandi. Per consumptionem virium causa salivationis in II Var. in I per gangraenam faucium, oris, vultus et colli.

Signa in cadavere. Affectio oris et faucium, lingua, rugosa, membranae ventriculi et intestinorum praecipue coli et recti destructae, ventriculus interdum perforatus.

Reagens. Gas hydrosulphuratum (praecipitatum nigrum).

Antidota. Albumen.

PLUMBUM (aceticum).

Sympt. inflammationis ventriculi cum paeculari spasmodica colica saturnina, interdum convulsiones, coma et locales paralyses, pulsus parvus et rarus.

Ratio necandi per inflammationem aut p. affectionem nervorum.

Signa in cadavere: signa inflammationis in ventriculo et intestinis.

Reagens. Gas hydrosulphuratum (praecipitatum nigrum).

Antidota. Natron phosphoricum et Sal Glauberi.

B. Vegetabilia.

Anemone, Colocynthides, Chelidonium, Euphorbium, Elettarium, Iatropa, Jalappa, Mezereum, Ricinus, Ranunculus, Sabina.

(Irritantia verena e regno vegetabili fere omnia eadem symptomata producent.)

Sympt. inflammationis mucosae ventriculi et intestinorum, vomitus, diarrhaea, cum colica abdominali, tensio oppletio et sensibilitas abdominis, in evacuationibus partes foliorum vel florum manducatae plantae, nimia debilitas nonnumquam vertigo et inclinatio ad deliria.

Signa in cadavere. Rubedo ventriculi, ulceratio membranae mucosae, rubedo intestinorum praecipue recti et coli.

C. E regno animali.

CANTHARIDES.

Sympt. Dolor ardens in faucibus et ventriculo, dolor abdominis, vehemens sitis, inglutitio admodum molesta, respiratio difficilis, pulsus parvus, priapismus, dysuria et tenesmus, interdum stillatim sanguis excernitur per urethram et intestinum rectum, interdum etiam cephalaea et delirium observatum fuit.

Signa in cadavere: Cerebrum sanguine turgidum, omentum, peritonaeum, oesophagus, ventriculus, intestina, renes, uretheres, et genitalia interna inflammata.

Antid. Opium secundum alios Camphora.

II. VENENA NARCOTICA.

ACIDUM BORUSSICUM. (Aqua laurocerasi, Amygdalae amarae Cortex pruni padi, Flores et folia persicarum, Flores acaciae.)

Sympt. Var. I. Intoxicatio per dos. maximas, *Sympt.* necdum observata. Var. II per dos minores, vacillatio, collapsus, pulsus plane desinens, inspiratio admodum profunda et difficilis, expiratio molesta, extraemitates frigidae, oculi nitentes et insensibiles, paroxysmi tetanici.

Ratio necandi per paralysim totius system nervosi.

Signa in cadavere. Facies pallida, dorsum et collum inflexibile, abdomen intractum, totum corpus et sanguis amygdalas amaras olet? sanguis admodum fluidus ex caeruleo splendens, cerebrum sanguine turgidum, villosa ventriculi rubra et gangraenosa, arteriae et cor sinistrum vacuum, venae et cor dextrum sanguine impletum.

Reag. Argentum nitricum (praecipitatum album).

Antid. Vapor ammoniae liquidae, vapor chlorinae (iuxta Orfilam).

HYOSCYAMUS.

Sympt. Aphonia, dillatio pupillae, coma et delirium furibundum (iuxta Plenck) dolor ardens in ventriculo, et vehemens sitis.

Ratio necandi per affectionem nervorum.

OPIUM.

Sympt. Vertigo, stupor augmentans, quem mox immobilitas, et insensibilitas erga externas sequitur impressiones, respiratio lenta, oculi clausi, pupillae contractae, in facie expressio profundae quietis, tardius facies decomponitur, interdum convulsiones et vehemens sudor.

Ratio necandi per affectionem nervor.

Signa in cadavere. Cerebrum sanguine impletum, et effusio aquosa in ventriculis et superficie cerebri, cutis exterior livida, sanguis fluidus, pulmones interdum sanguine impleti.

Antid. Decoctum gallarum quercus (iuxta Orfilam).

III. VENENA NARCOTICO-ACRIA.

ATROPA BELLADONNA.

Sympt. Sicci fauces, dillatio pupillae et coma, convulsiones, si adsunt non vehementes.

Ratio necandi per affectionem nervor.

Signa in cadavere. Cadaver cito putrefit, vasa sanguifera capitis sanguine impleta.

ACONITUM NAPELLUS.

Sympt. Pruritus buccarum, spasmi, trismus, pulsus et respiratio deficiens, interdum convulsiones.

Signa in cadavere. Oesophagus, ventriculus et intestinum tenue rubrum, nonnunquam et rectum, pulmones hepatitisati, cerebrum sanguine turgidum.

CAMPHORA (Cocculus indicus, Upas Antiar, U. Tienté).

Sympt. Lassitudo, pigritia, vertigo, mens turbida, oblivio, tremor ante oculos, paroxysmi convulsivi et demencia.

CONIUM MACULAT.

Sympt. Vertigo, sopor, insensibilitas, facies tumida, pulsus rarus, extremitates frigidae, nonnunquam coma et convulsiones, delirium furibundum.

Signa in cadavere. Congestiones cerebri.

CICUTA VIROSA.

Sympt. Tumor in scrobiculo cordis, vomitus, involuntaria urinae excretio, paroxysmi tetani, coma.

DATURA STRAMONIUM.

Sympt. Delirium, dilatatio pupillae et stupor, nonnunquam spasmi et paralysis.

Signa in cadavere. Congestiones cerebri, extravasatio in ventriculis.

DIGITALIS PURPUREA.

Sympt. Nausea, vomitus, vertigo, insomnia anxietas, nonnunquam diarrhaea, interdum salivatio et saepe sudor nimius, convulsiones.

Signa in cadavere, dura mater sanguine iniecta, mucosa ventriculi rubra.

HELLEBORUS NIGER.

Sympt. Vomitus, delirium, convulsiones, nonnunquam dolores ventriculi.

Signa in cadavere. Inflammatio in tractu intestinor.

NICOTIANA TABACUM.

Sympt. Pulsus celer et fortis, vertigo, nausea, vomitus, stupor, rhonchus, insensibilitas pupillae, spasmi clonici.

NUX VOMICA.

Sympt. Dolor ardens in ventriculo et oesophago, tormina, sensatio molesta in membris, coniuncta cum rigore in articulationibus, convulsivus tremor, vacillatio, paroxysmi tetani frequentes et vehementes, sitis vehementissima, pulsus ab initio frequens, postea retardatus, vomitus et diarrhaea.

Ratio necandi. Praecipue per paralysem medulae spinalis.

Signa in cadavere. Corpus retinet post mortem speciem, quam per convulsiones recepit, inflammatio ventriculi, intestina gangraenosa exsudatio serosa in superficie cerebri, mollificatio substantiae corticalis cerebri, praecipue autem cerebelli.

Antid. Opium.

SCILLA MARITIMA.

Sympt. Nausea, vomitus, diarrhaea, colica, urina sanguinolenta, dilatatio pupillae, tetanus et convulsiones.

VERATRUM ALBUM.

Sympt. Dolores in abdomine, tumor linguae, ulceratum os, vertigo, amaurosis, nimia lassitudo, pulsus debilis dysuria, vomitus et respiratio anxia.

Signa in cadavere. Oesophagus, ventriculus et colon inflammati.

THESES.

1. Homines non ex uno pari originem ducunt.
2. Menstruatio est critica Haemorrhagia.
3. Contraindicatio nulla.
4. Subligatio funiculi umbilicalis non est absolute necessaria.
5. Perforatio vivente adhuc infante indici potest.
6. Castrati. Hermaphroditae secundae classis, et Decrepiti ad matrimonium non admittantur.



SCIENTIA MARITIMA.

VERATRUM ATURUM.

